



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1663**

S. Agatha. V. M. 5. Februarij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41940**

S. AGATHA. V. M. 5. Februarij.

**A**NNO CC. LIV. AGATHA Catanam ad Quintianum Prætorem abducitur. Deperibat hic Christi sponsam. Quare eam Aphrodisia lenæ commendat; facile ratus fidei castrum evertit, ubi prodita pudoris arx conflagrasset. Ambulavit illa per omnes fraudes; sed cæcam ad munera, surdam ad blandicias & minas invenit. Itaque Prætor amorem vertit in odium, martyriique ubera auferri imperat. Tulit facile eam jacturam virgo, gnata Ecclesiæ sobolem non tam lacte matrum, quam sanguine martyrum ali: sed nec uberibus diu caruit, medicinam D. Petro faciente. Quintianus, ex amatore jam carnifex, dum nudam in testatum fragminibus prunisque volutari mandat, ecce mota insolite terra, cum duos supplicii autores oppresisset, populum etiam ita commovit, ut read seditionem spectante, ad carcerem virgo reduceretur. Ibi inter vota animam in sinum ac amplexus Sponsi sui expiravit. Tumulum sepultæ Cælites marmore ornarunt cum hâc epigraphe: *Mentem sanctam; spontaneum honorem Deo, & patriæ liberacionem.* Quintianus dum Panormum fortunas virginis direpturus trajicit, equorum calcibus in undas exturbatur, libi-

F 4

dinis

88 VITÆ SANCTORUM. 5.  
dinis & avaritiæ sitim positurus. Ajus  
corpus ejus nunquam repertum sepul-  
chro caruisse. Nimirum, ut castitas &  
Angelis, ita impuritas ne ab homine quæ  
dem meretur tumulari. Ex Surio.

Christi exemplo vivendum est tibi, dicitia amator, si Sanctorum cupis habere  
consortium. Ab immunditia & turpitate  
dinis cogitatu peccatum emunda, quoniam  
nullos nisi sanctos & justos, simplices &  
continentes cœlestis aula suspiciet. S. Lau-  
justin. Lign. Vitæ cap. 3.

B.B. XXVI. JAPONES MM.  
5. Februario.

**N**ullam Oriens tam nobilem, quam  
Martyrum mittit purpuram. Eam  
anno M. D. XCVII. sanguine suo Ja-  
pones tinixerunt. VI. erant supra XX.  
qui Meaci auriculâ mulctati, Nangasaci  
in crucem acti ac lanceis sunt confossi.  
Erant inter hos sex è D. Francisci, tres e  
S. Ignatii familiâ ; quorum constan-  
tiam ex discipulis, iisque pueris disce-  
Tres erant Sacerdotum nuper ad aram  
ministri, nunc ad crucem socii, ipsi  
mox futuri Sacerdotes victimæ. Ex his  
LUDOVICUS annorum XI. & emit-  
tendus è vinculis, si fidem fecisset mis-  
sam, respondit nolle se stultum merca-  
torem agere, & momentum immortalitatem  
mutare ; in loco supplicii suam  
sibi